



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum martyrium sit actus virtutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quoniam nisi pericula mortis sint propter iustitiam bonam, fortis non se exponit illis. Hoc autem non contradicere in praedictis, scilicet quod fortis operatur propter bonum proprium actus, ut proximum finem actus & habitus, patet. Et quod ista sic intencio litera, nisi mutatur ex eo, quod subditur, Et ideo laus fortitudinis dependet quodammodo ex iustitia. Dicens, quodammodo, insinuat quod secundum aliquid dependet, scilicet secundum materiam.

Ad secundum dicitur, quod hic proculdubio est sermo de iustitia communi, ut claudit in se legalem, seu de ipsa legali: & quod semper pericula, circa quod veritatis fortis, sunt bona propter iustitiam legalem: quia homo est naturaliter animal politicum, ac per hoc pars communis alicuius boni, ac per hoc omne bonum reddens pericula bona, ut circa ea fortis vertitur, ordinatur ad bonum commune ut pars ad totum, & sic spectat ad iustitiam legalem bonificare pericula mortis, circa quod est fortitudo. Ad id autem quod de solitario homine obicitur, potest multipliciter dici. Primo, quod sermo praesens est de virtutibus istis pollicite sumptis. Secundo, quod sermo moralis sufficit, quod verificetur secundum id quod est in pluribus. Constat autem quod ut in pluribus, homines non solitarii, sed politici sunt. Tertio, quod etiam in casu fortis solitarii pericula mortis sunt bona propter iustitiam legalem, et si non actu, tamen aptitudine: quia bonum proprium illius virtutis, quod impugnat in solitario per mortis intencione, est non actu ordinatur ad commune bonum, est tamen ordinabile ad illud & sic spectat ad iustitiam legalem.

lib. 1. de offic. capit. 25. in principio, to. 1.

lib. 1. ca. 35. ante medium tom. 1.

lib. 1. cap. 9. non multa a principio tom. 6.

tionis ponere in omnibus rebus humanis. Aliae autem virtutes sunt conservatiuae huius boni, in quantum scilicet moderantur passiones, ne abducant hominem a bono rationis. Et in ordine harum fortitudo tenet locum praecipuum, quia timor periculorum mortis maxime est efficacis ad hoc, quod hominem faciat recedere a bono rationis, est quae ordinatur temperantia, quia etiam delectationes tactus maxime inter caetera impediunt bonum rationis. Id autem quod essentialiter dicitur, potius est eo, quod dicitur effectiue: & hoc est potius est eo, quod dicitur conservatiue secundum remotionem impediunt.

Vnde inter virtutes cardinales est prior prudentia, secunda iustitia, tertia fortitudo, quarta temperantia, & post has caeterae virtutes.

Ad primum ergo dicendum, quod Ambrosius fortitudinem aliis virtutibus praefert secundum quandam generalem utilitatem, prout scilicet, & in rebus bellicis, & in rebus civilibus, siue domesticis utilis est. Vnde ipse ibidem praemittit. Nunc de fortitudine tractemus: quod velut excellior caeteris diuidit res bellicas, & domesticas.

Ad secundum dicendum, quod ratio virtutis magis consistit in bono quam in difficili. Vnde magis est mensuranda magnitudo virtutis secundum rationem boni, quam secundum rationem difficultis.

Ad tertium dicendum, quod homo non exponit personam suam mortis periculis, nisi propter iustitiam conservandam: & ideo laus fortitudinis dependet quodammodo ex iustitia. Vnde Ambrosius dicit in 1. de offic. quod fortitudo sine iustitia, iniquitatis est materia. Quo enim validior est, eo promptior, ut inferiorem opprimat.

Quartum concedimus.

Ad quintum dicendum, quod liberalitas utilis est in quibusdam particularibus beneficiis: sed fortitudo habet utilitatem generalem ad conservandum totum iustitiae ordinem. Et ideo Philosophus dicit in 1. Rhet. quod iusti, & fortes maxime amantur, quia utiles sunt in bello, & in pace.

QVAESTIO CXXIII.

De Martyrio, in quinque articulos diuisa.

IN DE considerandum est de martyrio. Et circa hoc quaruntur quinque.

- ¶ Primo, Vtrum martyrium sit actus virtutis.
- ¶ Secundo, Cuius virtutis sit actus.
- ¶ Tertio, De perfectione huius actus.
- ¶ Quarto, De poena martyrii.
- ¶ Quinto, De causa.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum martyrium sit actus virtutis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod martyrium non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est voluntarius: sed martyrium quandoque non est voluntarium, ut patet de innocentiis pro Christo occisis, de quibus dicitur Hilarius super Mattheum quod in aeternitatis professione per martyrii gloriam efferebantur, ergo martyrium non est actus virtutis. Praeterea, Nullum illicitum est actus virtutis: sed occidere seipsum est illicitum, ut supra habetur. Ergo quod tamen, martyrium committitur, dicit enim Augustinus in primo de ciuit. Dei, quod quadam sancta minima tempore perfectionis, ut insectatores sine pudicitiae demerent, se in flumini deiecerunt, quomodo defunctae sunt, eandem que martyria in catholica Ecclesia veneratione celebrantur, sequuntur: non ergo martyrium est actus virtutis. Praeterea, Laudabile est, quod aliquis sponte se offerat ad eundem actum virtutis: sed non est laudabile quod aliquis martyrio se ingerat, sed magis videtur esse praeteruoluntarium, & penitentium, non ergo martyrium est actus virtutis.

SED CONTRA est, quod praeter beatitudinis non debet nisi actus virtutis: debetur autem martyrium secundum illud Matthei 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum erunt regnum caelorum, ergo martyrium est actus virtutis.

RESPON. Dicendum, quod sic dicitur Augustinus, quod ad virtutem pertinet aliquis in bono rationis collocatur. Consistit autem bonum rationis in veritate, sicut in proprio obiecto, & in iustitia, sicut in proprio actu, sicut ex supra dictis patet. Pertinet autem ad rationem maxime martyrii, ut aliquis firmiter steterit, & iustitia contra persecutionem impetus. Vnde manifestum est, quod martyrium est actus virtutis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quidam dixerunt, quod innocentes

Partial text from the adjacent page, including words like 'Primus', 'Secundo', 'Tertio', 'Quarto', 'Quinto', 'Vnde', 'Sed', 'Respon.', 'Augustinus', 'Matthei', 'Philosophus', 'Rhet.', 'Iustitia', 'Persecutionem', 'Martyrium', 'Actus', 'Virtutis', 'Rationis', 'Veritate', 'Proprio', 'Obiecto', 'Actu', 'Iustitia', 'Firmiter', 'Steterit', 'Iustitia', 'Contra', 'Persecutionem', 'Impetus', 'Manifestum', 'Est', 'Quod', 'Martyrium', 'Est', 'Actus', 'Virtutis'.

namque expresse ponit martyrii Christi meritum in innocen-
tibus, & non solum premium glorie, nec ex speciali privilegio
dicit hoc competere innocentibus. Et constat qd eadem est ratio
de omnibus iustis propter Christum occisis, puta: quia sunt
Christianorum filii. Nam Christianitas est, quia mors est. Mor-

tem autem ratione
Christianitatis mar-
tyres sunt, ut infra
patebit.

In eodem articulo,
in responsione ad se-
cundum Martinus in
eodem q. occurrit co-
tra auctoris solutio-
nem, directe argues,
dicens quod cum
hac solutione adhuc
sit vis rationis, quia
si occiderent se, a-
ctum illicitum, & non
martyrii haberent.
Vnde & aliter res-
ponderet dupliciter.
Primo, quod non oc-
ciderent ex intencio-
ne, quia licet actum
committerent unde
sequeretur mors eam-
dem, non tamen in-
tendebant per hoc
mori, sed servare pu-
diciam. Secundo,
quod ignorantia iu-
ris adhaeret ferri ore
pudicitiae, excusant
eas ne hoc imputa-
rent eis ad demeri-
tum, quod alias fuit
peccatum.

Sed haec Martini
dicta facile ostendunt
veritatem alienam
quoniam sola aucto-
ris solutio satis facit
argumento tendens
ad hoc qd ex speciali
divino instinctu mu-
lieres ille se occide-
runt, ita qd martyres
seipias facerent divi-
nae auctoritate. Ex-
culationes siquidem
ambrosii a Marti-
no, fallax atque perniciosa sunt, tam ex parte voluntatis,
quam ex parte intellectus. Si quidem ex parte igno-
rantiae, errat: quia ignorantia iuris naturalis contra prece-
pta priora preceptis decalogi nullum excusat. Constat au-
tem quod non occidere seipsum est prius preceptum, quam
Non occides, quod est preceptum decalogi: sicut amor sui-
met prior, & naturalior est, quam amor alterius. Prima au-
tem ex parte intentionis implicat, sicut protestatio contra
factum. Reticulum, immo fauam est, aliquid suspendere
se lethaliter, & non intendere mori, aut periclitari se in cor-
de, &c. ad mortem, & non intendere mori: & similiter
proicere se in ignem, aut fluvium, aut mare, & non intende-
re submergi, aut comburi: nisi quis utique adeo despiciat, ut
dicat id solum esse ex intentione, quod est principaliter in-
tentionum: & propterea secundario voluta non imputari. Nam
sic Iudas excusatur, qui non propter mori se suspendit, sed ut
poenitentiam ageret, vel enaderet miseriam. Et eadem est ratio
de ceteris se interficientibus, quia omnes aliud a morte
principaliter intendunt per actum illum voluntarium, quo
mortem causant, sciendo quod actus ille inferit mortem, ut est
in proposito. Et ex hoc habes unde a Martino ibidem cauere
debeas dicente, quod in casu, in quo christianus a tyranno con-
stinus coram idolo sic, quod habeat ante se foueam ita altam,
ut calus sit mortalis, & habeat statum a tyranno sibi imposi-
tum, quod si fiat, intelligitur adorare idolum, nec potest decli-
nare a stando ante idolum, nisi precipitando se in foueam mor-
tis, qd si ex timore facit, & protestando verbis, quod non intendit ado-
rare idolum, scandalizatur altantes, quod benefacit precipita-
re se in foueam non intendendo mori, sed committendo se diui-
nae providentiae: iam enim patet, quod ista non volutio mortis,
implicatio est. Esset namque hoc tentare Deum, & peccatum

acceleratus est miraculose liberi
arbitrii, ita qd etiam voluntarie
martyrii passi sunt. Sed quia hoc
per auctoritate Scripturae non co-
probatur, ideo melius dicendum
est, quod martyrii gloriam, qua
in aliis propria voluntas meretur,
illi parvuli occisi per Dei gratia
sunt affecti. Nam effusio sangui-
nis propter Christum vicem gerit
baptismatis. Vn sicut in pueris
baptizatis per gratiam baptismati-
lem meritum Christi operatur
ad gloriam obtinendam, ita & in
occisis propter Christum, meritum
martyrii operatur ad palmam
martyrii consequendam. Vnde
Augustinus dicit in quodam sermone
de epiphania quasi eos allo-
quens, ille de vestra corona du-
bitabit in passione pro Christo,
qui etiam parvulus baptismum
prodesse non aestimat Christi. No-
habebatis etatem, qua in passu-
rum Christum crederetis, sed
habebatis carnem, in qua pro
Christo passuro passionem susti-
neretis.

AD SECUNDUM dicendum,
quod Augustinus ibidem * dicit esse
possibile, quod aliquibus fide di-
gnis testimonibus diuina per-
suasit auctoritas Ecclesiae, ut di-
ctarum sanctorum memoriam
honoraret.

AD TERTIUM dicendum, quod
praecipua legis dantur de actibus

A mortalissimum. Neque ipse daret occasionem scandali circum-
stantibus, sed ipsi acciperent ex se scandalum. Semper ergo oc-
cidere seipsum est illicitum, nisi divina id auctoritate fiat, quod
auctoris solutio dicit.

In eodem articulo in responsione ad tertium, dubium occurrit de

virtutum. Dicitur autem est * su-
pra, quaedam praecipua legis diui-
nae tradita esse secundum prepa-
rationem animi, ut scilicet homo
sit paratus hoc, vel illud facendi,
cum fuerit opportunum: ita etiam
& aliqua pertinent ad actum vir-
tutis secundum preparationem
animi, ut scilicet superueniente
tali casu homo secundum ratio-
nem agat. Et hoc praecipue vide-
tur observandum in martyrio,
quod consistit in debita sustinen-
tia passionum iniuste inflictarum.
Non autem debet homo occa-
sionem dare alteri iniuste agen-
di: sed si alius iniuste egerit, ipse
moderate tolerare debet.

ARTICVLVS II.

Utrum martyrium sit actus for-
titudinis.

AD SECUNDUM sic proceditur.
Videtur, quod martyrium
non sit actus fortitudinis. Dicitur
enim martyr in graeco, quasi tes-
tis. Testimonium autem reddi-
tur fidei Christi, secundum illud
Act. 1. Eritis mihi testes in Hieru-
salem, &c. & Maximus dicit in quo-
dam sermone. Mater martyrii est fi-
des catholica, in qua illustres ath-
letae suo sanguine subscripserunt.
ergo martyrium est potius actus
fidei, quam fortitudinis.

quod non habebatur martyrio dignus. Numquam tamen prouo-
cauit ad sui mortem tyrannus.

Super Quaestione 124. Articulum secundum.

IN articulo dubium occurrit ex Martino in dicto tractatu, q. 3.
volente, quod martyrium est actus illius virtutis, in gradu ta-
men heroico, ad quam spectat actus ille, pro cuius persistencia
patitur, ut si patitur pro iustitia, est actus iustitiae, & cetera. Ar-
guit ergo directe contra auctorem quinque mediis. Primo sic. Vo-
luntio iustitiae tam firma, ut nec pro cruciatu, & morte velit eam
deserere, est actus iustitiae: sed martyrium mentale pro iustitia
non est aliud quam huiusmodi volitio, ergo martyrium men-
tale pro iustitia est actus iustitiae, & consequenter martyrium
exterioris imperatum. Maior probatur, Omnes volitiones, quae
habent idem obiectum commune, pertinent ad idem genus vir-
tutis, licet per diuersas circumstantias, quae se habent ut obiecta
partialia volitionum, vel nolitionum possent ad diuersas spe-
cies pertinere: sed haec duae volitiones, scilicet volitio iustitiae
absolute, hoc est, sine conditione mortis, & volitio iustitiae
cum conditione circumstantiae mortis, habent idem obiectum com-
mune, scilicet, opus iustitiae, ergo ambae pertinent ad idem ge-
nus virtutis: sed prima pertinet ad iustitiam, ergo & secun-
da. Secundo, Volitio cum contemptu mortis imperata ex-
ecutionis ne deseratur iustitia, aut spectat ad iustitiam tantum,
& habetur intentum: aut ad fortitudinem tantum, & hoc
non: quia fortitudo non inclinatur ad actum iustitiae per se, &
immediate: ille autem actus est volitio iustitiae: aut ad utran-
que, & hoc non, tum quia ille actus est unus, ergo pertinet
ad vnum genus virtutis, & non ad duos: tum quia omnis
Secunda Secunda S. Tho. PP. 3 actus,

q. 108. art. 1.
ad 4.